



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 87. Electoris responsum ad Cardinalem pro Lutherο

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

§. LXXXVII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1518.

*Electoris responsum ad Cardinalem  
pro Lutherio.*

Hujus Epistolæ summa est: equidem inter cauſas, quas a ſacra Sede di-  
judicari oporteret, hærefiſis quoque recen-  
ſetur, Romam tamen vocatos prius de *Epiſt. Frid.*  
hærefiſi convincere oporteret, miſimus qui- *Sax. ad*  
dem ad preces Legati Lutherum Augu- *Card. Cajet.*  
ſtam, non eo tamen fine, ut jufſis dun-  
taxat, ac præcepto, cum ejus cauſa  
necdum examinata ac diſculta eſſet, com-  
pellereſetur, maxime, cum plurium Universi-  
tatum viris longe celeberrimiſis Lutheri do-  
ctrina nec impia nec hæretica videatur,  
quamvis illius adverſariis minus faveret;  
proin nec ego ditionem meam, nec Wit-  
tembergensem Scholam Viro tam erudi-  
to privare, minus vero eum inde  
pulſum Romam mittere valeo, nam ge-  
mino nomine meus eſt ſubditus, ſcilicet  
ex eo, quod in hoc ſolo ſit natus, ac qua-  
dam officii prærogativa excellat, utpote  
ad Theologiam in Universitate Saxonica  
publice tradendam аſſumptus; proin eum  
tueri, mearum partium eſt, donec ex ju-  
ris præscripto de erroribus, quos in ſuis  
ſcriptis docuiſſe accusatur, convinceretur.

§. LXXXVIII.